in quo ex utraque parte sunt plures
occisi et etiam sine vulnere sunt
quidam mortui reperti tantum pro
labore fessi. ibique fuit pro rebus in
armis invitus ante veniens pre mol-
titudine veniente retro non eidem
regressum permittente. Et avulsis
castris montem moricium a scutiferis
invenerunt iam ceptum. Ab alia
vero parte exercitus veniens iuxta
flumen alia florentinorum mili-
tum acies vidit senenses et martu-
renses armatos stantes super ripas
eiusdem. et cum ambe partes vi-
riliter flumen intrarent bellum
ingens inceptum est et ibidem
cecidere plures qui reperti sunt
postea in flumine cum loricis.
Demum florentini vix ripas flumi-
nis ascendentes miserunt ipsos
in fugam et castris relictis reces-
serunt noctu senenses nequeuntes
cum pisanis de recessu conferre.
In campo vero florentinorum remanserunt